



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



EXERCITATIO
IURIS NOVISSIMI
JUSTINIANEI
DE

7

8

NATURA, FINE
ET PRINCIPIIS JU-
RISPRUDENTIÆ
NEC NON
INTERPRETATIONE
LEGVM CIVILIVM

Q V A M

D. O. M. A:

PRAESIDE

IOHAN. Eisenhardt / PHIL.
ET J. U. D. HUIUSQVE IN ACAD.
JULIA PROF. PUBLICO
IN NOVI IVLEI AUDITORIO

MAIORI

AD DIEM XXIIII. OCTOB.

CLIO IS C LXXVI.

Publico examini sistit

GEBERHARD Grote

Eques Lüneburgicus.

HELMESTADII,

Typis HENRICI DAVIDIS MULLERI, Acad. Typ.



EXERCITATIO JURIS NOVIS-
SIMI JUSTINIANEI

De

NATURA, FINE ET
PRINCIPIIS JURIS-
PRUDENTIÆ

NEC NON

INTERPRETATIONE LEGVM
CIVILIVM.

TEXTVS I.



Nam existimare oportet esse omnium
perfectissimam virtutem animi humani, eam quæ
JURA OMNIBUS DISTRIBUIT; Hæc
est quæ ipsi rei & muneri suo conveniens no-
men JUSTITIÆ obtinet. *Nov. 69. proœm.* Tex-
tus authenticus ibidem ita habet. *μίαν εἶναι πᾶσιν*

*πρωτάτην ἀρετὴν ὑποληπτίον ἐν ἀνθρώποις, τὴν τὰ δίκαια πᾶσι βεβαίως
ἔσθαι. Φαμέν δὴ τὴν ἐπιτέλειαν ἐπὶ τῶν νόμων, ΔΙΚΑΙΟΣΤΗΝΗΝ.*

EA hîc JUSTITIA debet intelligi quæ est DIRECTIVA, *ἡγετική*,
Ev. Arist. *iii. Polit. iii.* Directiva autem justitia est quæ cum per-
fectâ juris scientiâ conjuncta, unde illa directio proficiscitur.
Atque ipsam illam juris scientiam justitia inclinât ad rectitudi-
nem moralem dicitur directionis. Nam si quis, uti à fortitudine
i. e. armorum tractandorum peritia (*exemplo hoc utitur Imp. in d.*
Nov. proœm.) sic & à scientiâ juris, quamvis exactissima ea sit, ju-
sticiam

ficiam subtrahat, utraque in excessus erumpit: generi humano
 perniciosissimos; dum avaritiam, ambitionem, mala & privatis
 familiis & civitatibus evertendis nata, pretextu Juris incrustat.
 Igitur Scientia juris cum iustitiâ conjuncta demum est vera Juris-
 prudentia, quâ instructus Jura *OMNIBVS* distribuere casset: Ec-
 quidem omnibus Imperij Romano-Germanici cum civibus tum
 subditis jus suum tribuitur ex habitu Jurisprudentiæ Romano-
 Germanicæ, uti omnibus Magnæ Britannicæ seu civibus seu subdi-
 tis ex habitu Jurisprudentiæ Anglicanæ; sic cæteris Terrarum Orbis
 incolis ex habitu Jurisprudentiæ cujusque nationis propriæ.
 Diversa enim est alibi atque alibi generum, & ipsius juris civilis,
 & ejus applicandi ratio, si non in omnibus, in multis tamen. Quæ
 verò Jura & juris applicandi ratio apud omnes peræque gentes ean-
 dem formam & æquitatis normam obtinent, hæc demum consti-
 tuunt *Jurisprudentiam Naturalem & perpetuam*, seu universalem, cu-
 jus meminit H. Grot. in medio proleg. Operis de *Jure Belli & pacis*.

DE FINE JURISPRUDENTIÆ.

T. II. Vnicum nobis esse adminiculum in omni nostræ
 Reip. & Imperij administratione **IN DEO SPEM**, credimus;
 scientes hanc nobis & **ANIMÆ & IMPERII SALVTEM** largi-
 giri. Unde & legumlationes nostras inde pendere competere
 & in eam respicere; & hoc eis **PRINCIPIUM** esse, & **ME-
 DIVM**, & **TERMINUM**. *Nov. 109. pr.* Textus authenticus
 hic est: *μὴν ἡμῶν εἶναι βοηθεῖαν ὅτι παντὶ τῷ πῆσι ἡμετέρας πολιτείας
 καὶ βασιλείας βίω, τὴν εἰς θεὸν ἐλπίδα πιστεύομεν, εἰδότες ὅτι τὸ τοῦ κ
 τὴν τὴ ψυχῆς καὶ τὴν τὴ βασιλείας διδασκωτικὴν εἶναι ἡμῶν καὶ τὰς ἐπιμετρησασίας
 ἡμετέρας εἰκείνην ἡρεσῆσθαι, καὶ εἰς αἰσθητὴν ἀφορᾶν, καὶ ταύτων αὐτῶν
 ἀρχὴν εἶναι, καὶ μέτρα, καὶ πύργου.*

T. III. Primum & maximum bonum omnibus homi-
 nibus credimus, veræ & immaculatæ Christianorum fidei re-
 ctam confessionem. *Nov. 132. pr.* τὴν τὴ ἀληθῆς καὶ ἀμωμῆτα τὴ χριστι-
 αῶν πίστεως ἐρῆνην ὁμολογίαν.

T. IV. Omnibus hominibus qui recte sapiunt manifestum
 esse

esse putamus, quod omne nobis est studium & votum, ut crediti nobis à Dn. DE Obene vivant & ejus inveniant placationem. *Nov. 77. pr.* Igitur illis injungimus, in sensibus accipere Dei timorem & futurum judicium, *ibid. c. 1.* † τὴν μέλλουσαν ἐσθλ.

Ut anteriora, sic hæc & sequentia ex Græco textu fideliter sunt reddita.

T. V. Quæ à subditis contribuuntur, partim in ipsos, partim propter ipsos infumuntur & impenduntur; nobis autem proisus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit; non tamen eas mercede vacuas, magno illo Deo & Salvatore nostro Jesu Christo magnitudine clementiæ suæ permultis propter hoc nos bonis remunerante. *Ita Imp. Iustin. Nov. 146. cap. 2. in fine.*

Hæc itaque provincialibus hominibus omnia annunciantes & declarantes quanta nostras sit erga subditos benevolentia, Deum magis propitium ac benignum habituri sumus; qui tantopere, ne quid detrimenti subditi capiant, curemus. *ibid. cap. 3.* † τὰ ὑποπλῶν ἀβλαβείας ποσούτην θεόμενοι πορεύοιαν.

Vera Jurisprudencia, ejusque Antistites in directione ætuum ex habitu Jurisprudentiæ respiciunt salutem temporalem pariter atque æternam, tam suam dirigentium quàm istorum dirigendorum. Et hæreticorum quoque conversio iis cordi est, v. *Nov. 144. pr.*

DE PRINCIPIIS JURISPRUDENTIÆ.

I. DE JURE DIVINO.

T. VI. Oportet Sacros audientes libros non solis literis adhærere, sed ad * reconditas eis Prophetias respicere, per quas magnum Deum & Salvatorem generis humani Jesum Christum annunciant. *Nov. 146. pr.* * πρὸς τὰς ἐναποκειμένας αὐτοῖς ποσφητίας ἐστίν.

Hebræis quidem hæc & sequentia de Sacrorum librorum Iectio-
ne Imperator injungit, sed quæ paulo post alleg. *Nov. 133. cap. 2.*
continetur ratio facilem admittit extensionem ad omnes qui-
bus salus sua cordi.

T. VII. Sancimus igitur, licentiam esse & Græcâ voce sacros libros legere intelligentibus (*τῆς συνήθειας*), vel etiam patriâ forte (Italica hæc diximus) linguâ, vel etiam aliorum simpliciter, unâ scilicet cum locis etiam linguâ commutatâ. *Nov. 146. c. 1.* Prout hanc vel illam † locus aptiorem & magis cognitam audientibus facit. *prohæm. d. Nov. † ἢ ὁ τὸν ὁ ἰσχυροτέρῃ καὶ ἰσχυροτέρῃ τῆς ἀλλοτρίας ἢ τῆς πατρίας.*

T. II. Verutamen hi qui Græcâ legunt, Septuaginta utantur interpretatione (*ἑβδομήκοντα*); Non tamen tanquam eis resâdas excludere sanciverimus interpretationes, licentiam damus & Aquilæ (*ἑρπύλλου*) uti. *d. Nov. 146. c. 1.*

T. IX. Eam verò que ab Hebræis dicitur *Ασκήσις* (*Tractatio*) interdiciamus omnimodo, tanquam sacris non conjunctam libris; neque desuper traditam à Prophetis; sed inventionem constitutam virorum ex solâ loquentium terrâ, & divinum in ipsis habentium nihil. *d. c. 1.*

T. X. Neque licentiam habebunt hi qui ab eis (Hebræis) Archipresbiteri aut presbyteri forsitan vel Magistri appellantur, commentis quibusdâ (*ἡγεμονίας τῶν*), aut anathematis hoc prohibere, (*scilicet lectionem Scripturæ Sacræ in linguâ cujusque patriæ; dummodo codex publicâ auctoritate probatus sit.*) Nisi velint propterea castigari corporis pœnis, & insuper privationem facultatum nolentes sustinere. *Nov. 146. c. 1. in fin.*

Prima oblatio Principiorum Jurisprudentiæ complectitur Sacram scripturam, tam in fontibus, quàm versionibus publicâ auctoritate comprobatis. Ex his uti omnis homo animum suum corrigere ac figere, (*καταρτίζω καὶ ἐκτρέφω τῆς ἰσότητος νομοθεσίας*) verba sunt *Novell. 137. c. 2.*) uti in Sacro officio positus hinc desumere doctrinam suam; sic Ictus inde inter alia tenetur accipere judicandi principia in negotiis ad regimen pariter & forum tam ecclesiasticum quàm seculare pertinentibus. Exemplo est. *Nov. 137. c. 1.*

DE CANONIBUS CONCILIORVM

T. XI. Sancimus vicem legum obtinere (*τάξις νόμων ἰσχυρῶν*) sanctas

sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à Sanctis quatuor Synodis expositæ sunt aut firmatæ; hoc est in Nicænâ, Constantinopolitanâ primâ, in Ephesinâ primâ, & in Chalcedonensi, in quâ Eutyches cum Nestorio anathemate percussus est: Prædictarum enim quatuor Synodorum *Dogmata* sicut sanctas scripturas accipimus, & *Regulas* sicut leges observamus. *Nov. 131. c. 1.*

T. XII. Ecclesiastica delicta corrigere oportet secundum sacras & divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges. *Nov. 38. c. 1.* (Et Sacrorum statuta canonum, Principum constitutionibus adjuvantur, *c. 1. Xtr. de novi operis nunc.*)

T. XIII. Qui factos canones transgrediuntur ipsi semetipsos iudicio reddunt obnoxios. Majori verò condemnationi subjacent sanctissimi Episcopi, quibus conceditum & commissum est canones inquirere & conservare, si quod adversus eos delinquitur, incorrectum impunitumque reliquerint. *Nov. 137. pr.*

Secunda classis principiorum Jurisprudentiæ continet quatuor Conciliorum Oecumenicorum sive universalium decreta. De alleg. textu *Nov. 131.* Bene ait B. Calixt. in appar. Theol. p. 215. *discernit DOGMATA, quæ symbolis & confessionibus exponebantur, à REGYLIS sive CANONIBVS, qui externum ordinem & disciplinam conscrnabant.* Indistincte autem postmodum Imp. loqui videtur in *Nov. 137.* ubi Sacros canones super salute nostrarum animarum definitos esse statuit. Ceterum post tempora Justiniani hæc canonum classis immensa cepit incrementa, per *Jus* quod vulgo *Canonium* vocant; de cujus auctoritate alij scripserunt.

III DE JURE CIVILI

T. XIV. Civiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro suâ in homines benignitate concessit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium securitatem studemus. *Nov. 137. pr.*

T. XV. Itaque & leges ponimus omnem iis procurantes justitiam, & quod paulatim labitur reparare festinamus. *Nov. 80. pr.*

T. XVI,

T. XVI. Omnibus autem a nobis (*de præceptionibus Confu-
tam & missilium sparsione in eorumque aoribus permitrenda*) dictæ
Imperatoris excipiar Fortuna; cui & ipsas Deus leges subje-
cit, legem animarum eam mittens hominibus. *Nov. 105. cap:
2. in fin.*

Tertia classis principiorum Jurisprudentiæ continet *in* quod
vulgo *Civile* appellatur, collectum ex naturalibus præceptis & gen-
tium & civilibus sive positivis. Finis legum civilium proximus est
directio actuum civilium ex earum præscripto; cuiuslibet enim rei
(suis consistit in monere ejus proprio; legum verò munus pro-
prium est id quod diximus. Causa efficiens legum civilium est
Majestatis civilis expressa aut tacita voluntas; illa juris scripti,
hæc juris non-scripti nititur auctoritas. *conf. Bachov. ad regu-
l. de I. & I. c. de Divis. & Specibus Jur. civ. p. 32.*

T. XVII. Prætor Romanorum Imperatoris simul & le-
gislatoris locum in suâ Republ. tenuit. *Nov. 26. c. 1.*

In ægyptioribus Rebuspp. Majestas civilis magistratibus majo-
ribus permittere solet juris condendi auctoritatem, definitam
tamen, non absolutam; ac de illis negotiis quorum directio pro-
rum cura committitur. Ita apud Romanos & Ediles Curules ali-
qua juris condendi auctoritate pollebant. *Nov. Prætorum 99. l.
de I. N. G. & C.*

T. XIX. Ea quæ semper eodem modo se habent, le-
gibus variis haud indigent; simplicitatem continue tenentia &
statum omnis diversitatis & mixturæ expertem; & utentia legi-
bus æternis divinisque, ac nullâ correctione opus habentibus.
*Nov. ad. pr. * usque in ap. S. omnes de quibus.*

Cum in unoquoque rerum genere necesse sit dari unum primum
quod sit aliorum mensura; in genere legum primam ponimus
eam quam nuncupamus *Legem æternam*, quæ scilicet omnium est
actionum motionumq; divinæ Sapientiæ **RATIO DIRECTIVA**;
unde omnes alæ leges derivantur. In omni enim ordinata mo-
tione oportet virtutem secundi moventis à movente primo
deduci: In gubernantibus item primi rationem gubernato-
ris

ris ad propinquiorē descenderē. Ita H. Savonarola *Triumpho*
 crucis sive de Veritate fidei lib. 3. c. 13. Lex autem pergit ibidem, ut re-
 gula & mensura dupliciter esse in aliquo potest; uno modo si-
 cut in dirigente ac mensurante, alio modo sicut in directo &
 mensurato: unumquodque enim quatenus regulæ vel dimen-
 sionis est particeps, ita demum dirigitur ac mensuratur. Cum
 ergo omnia divinæ providentiæ subjiciantur, manifestum est
 eadem aliquo modo in æternæ legis participationem admitti,
 quatenus, inquam, ex ejus characteris impressione ad actus fi-
 nesque proprios inclinantur. Inter cetera autem rationalis
 creatura excellentiori modo divinæ subjacet providentiæ, pro-
 ut illius fit particeps, eamque pro se & pro aliis exercet. Hæc
 verò legis æternæ participatio in rationali creatura *lex dicitur*
naturalis, quæ est naturalium præceptorum in intellectu vel
 virtute, vel etiam habitu congregatio. Horum namque præ-
 ceptorum radix lumen est rationis naturalis divinitus impres-
 sum. Ita de causa efficiente & subjecto juris naturalis in Trium-
 pho suo vir ipse postea martyrij triumpho decoratus, de quo
 v. I. C. Dieter. *Breviar. Pontif. sub Alex. VI. A. 1492. num. 12.* Objectum
 verò & affectio propria dicti juris allegato Nov. 98. textu desi-
 gnatur: Ea quæ semper eodem modo se habent & c. i. e. circum-
 stantiæ negotiorum, nexus subjecti & prædicati, antecedentia &
 consequentia præcisam & æternæ hypothese innixam necessitatem
 habentia, cujusmodi sunt:

DEVM supra omnia colendum esse.

Justis imperiis esse obtemperandum.

Posito delicto reatum adesse.

*Moralem bonitatem vel rectitudinem actuum consistere in
 conformitate eorundem cum regulâ suâ genuinâ.*

Quædam etiam circumstantiæ actionum sunt immutabiles v. c.

*Ad moralem actum rectitudinem aut pravitatem inter alia requiri
 ut fit voluntarius.*

In his & similibus nulla *emendans* sive correctio, quâ universa-
 litas horum dogmatum aut restringatur aut mutetur, locum in-
 venit. Verum determinatio & plurium circumstantiarum, quæ

B

pro

Lex natura-
 lis.

ejus obje-
 ctum.

immutabi-
 litas.

pro temporum, locorum, personarum statu necessaria sunt, ad-
jectio utique locum invenit, ut jam patebit.

T. XIX. Res humanae tum velut in fluxu & refluxu
vicissitudine ac turbâ relictae sunt, *Gubernatio* indigent *Sapientia*;
ex legibus superveniente negotiis. *Nov. 98. pr.* Textus authen-
ticus hic est: το ναδ' ἡμᾶς ἐστὶν ἡγεμονία ἀναλαμβάνειν τὰς πόλεις
καὶ βασιλείαις, δεῖται αὐτῶν ἐκ τῶν νόμων διακρίνοντες τοὺς ἀγῶνας.

T. XX. Quod raro fit, sicut etiam votus sapientia do-
cet, non observant legislatores, sed quod sit perquamque, & re-
spiciunt, & medentur. *Nov. 94. r. 2.*

T. XXI. Quod quidem omne jam praecessit, conscri-
ptis relinquimus legibus, quod verò futurum est, per praesentem
munimus legem. *Nov. 22. c. 1.*

Juris posi-
tivi obje-
ctum.

Objectum juris positivi sunt actionum circumstantiae naturâ sua
indifferentes & effectus seu consequentia naturali jure haud de-
terminata; quae si usu & necessitate exigente determinata fuerint
jam concurrunt ad *Moralitatem* actus si non *Ethicam*, saltem *Ju-
ridicam*, ut sic loquar. *ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας ἐστὶν ἡ δίκαιος ἢ ἡ ἀδίκος ἢ ἡ ἀνόμιμος ἢ ἡ ἀνόμιμος.* *Arist. V. Nichom. VII. n. 3.* Atque ita in eodem nego-
tii genere quaedam circumstantiae naturali, quaedam jure positivo
noscentur determinatae. Veluti, in emtionem venditionem ut con-
trahentium consensus adsit, naturali ratione est necessarium; ut ve-
rò emtio non nisi actis intervenientibus perficiatur, alicubi in
rerum immobilium emtionem venditionem positivo jure est consti-
tutum. Eodem modo ut delicta puniantur, naturali jure consti-
tutum est, ut verò furtum suspendij poenâ adulter gladio pu-
niatur, positivis legibus est introductum. Actiones autem fi-
nitae personis, temporibus, loco, ceterisque pro re nata mo-
mentum habituris circumstantiis vestitae, haec demum sunt καὶ
ἰμῶν, & geri exerceri que idoneae. Singula enim ista & singulo-
rum habitudo acturienti cognita esse debet; atque haec determi-
nata cognitio ex positivis haberi debet legibus.

T. XXII. Omnino oportet non sola nos delictorum
conten-

contentos esse prohibitione sed etiam timorem justum inferre transgressoribus *Nov. 58. c. 1*

V. XXIII. Quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis. *Nov. 111. pr.* (Non tamen ultra morbum durare medicina debet, sed † quæ præsentī necessitate exigente constituta sunt, eadem cessante iterum tolli debent. *Nov. 145. pr.*) Ac si quod prodesse credebatur, experimento inveniatur inutile, abolendum est. *Nov. 111. pr.* † ἐπειδὴν τὰ τῆς χρείας παρέλθῃ καὶ αὐτῆς περαιτέρω γνώμεθα τὰξῶς, μέχρι μόνου ἑπιπονητός. τῆς ἰατρειᾶν ἰσῶντος.

Cum Gubernativa Sapiencia supervenit negotiis, primum quidem actus permitti *determinantur*, debiti *praecipuntur*, noxii *prohibentur*, insuper quoque his commissis atque illis omissis *paena constituntur*. Atque hæc illa Gubernativa Sapiencia legislatorum munus exercet: Ex quo simul intelligitur interna forma juris civilis ejusque virtus propria & munus proprium: scilicet legis virtus hæc est: imperare, vetare, permittere, punire, si pœnas constituere. *l. 7. ff. de legibus.*

T. XIXIV. Licet factæ sint leges, tamen non sunt cognitæ, fortassis nondum promulgatæ, (*προσθέντες*) nec in notitiam perductæ. *Nov. 66. pr.* Sancimus igitur ex illo nostras constitutiones valere ex quo in communifactæ sunt manifestæ: ne legum ignorantia homines videantur delinquere in legem. (*οὐδὲ βαίνειν τὸν νόμον*). Ut autem apertius adhuc causa declaretur, sancimus si scripta sit lex, hanc post duos menses dati ei temporis valere, & in Republ. tractatis, sive in hac felicissima civitate sive in provinciis, post insinuationem sufficiente hoc tempore omnibus manifestam eam constituere. Sic nulli omnino erit declinatio, ut nostram custodiat legem. *Nov. 66. cap. 1.* ἔτι γὰρ ἕδον ἐπαντολῶς εἶσαι παραίτησις τὰ μὴ τὸν ἡμέτερον νόμον φυλάττειν.

Promulgatio legum facit ut Juris constituti notitiam accipiant sub-

diri; ut in his quædam sit participatio legis prout supra ad T. 17. dictum. Vnâ cum illâ notitiâ voluntati suâ infundatur obligatio obtemperandi legis præscripto: Et ignorantiam juris illa promulgatio reddit inexcusabilem, de quâ postea uberius T. 26.

T. XXV. Mox ut ingredieris provinciam, convocatis omnibus in Metropoli constitutis, dicimus autem Episcopo, clero & primatibus civitatis, *insinuatis hæc nostra sacra præcepta sub gestorum moderantibus (Sicut etiam in præcedentibus) & præponens exemplar eorum publicæ, non solum in metropoli, sed etiam in alijs provinciæ civitatibus, transmittens ea per officiales tuos sine damno; i. e. absque impensis provincialium. Nov. 17. cap. 16.*

DE RESCRIPTIS PRINCIPUM.

T. XXVI. Dum lis examinatur, sive in peculiaribus, sive in criminalibus, aut aliis quibuscunque emergentibus causis apud iudices, sive hic sive in provinciis, neque pragmaticeum typum (v. l. 7. §. 1. C. de div. reser.) neque aliud rescriptum, neque sacram nostram quamlibet ex scripto aut non scripto provisionem, aut dispositionem nostrorum Recommendationum, aut alterius cujuscunque, disponentem eos quomodo debeat in hoc examinare, aut iudicare negotium (Sicut etiam in præcedentibus) statuari, iudicari, aut in hac parte permittimus; Sed secundum generales nostras leges consulas examinari & decidi faciemus, & ad finem legitimum perducere. (Sicut etiam in præcedentibus) — Et hæc dicimus sive ex sacra nostra sanctione iudicare quisquam de partibus suis ex parte imperii iudiciali, sive secundum arbitrium, aut non imperialis officii schema questionem audiat, sive scripto sive verbaliter. Sed vel si quis iudicum propriam despiciens salutem ex aliquo talis presumserit sententiam ferre, hæc instrumta esse volumus, ut neque

que appellatione indigeat, neque ex compromisso inferatur
pœna. *Nov. 113. c. 1.*

Ambitiosa Rescripta, quæ lite pendente unus litigantium impetrat, vim juris non obtinent, si contra jus generaliter constitutum aliquid disponant, v. & *Nov. 82. c. 13.*

T. XXVII. Eam autem jussionem quæ non disponit quidem judicantem aut judicaturum quomodo oporteat causam cognosci aut sententiam ferri, (*ὁπως δέοι τῆς ζήτησον ποιείσθαι, ἢ κρῖσιν ἐπιτάγην*, (causam verò fini studiose tradi legitimo vult, aut actorum imponit editionem, aut judicem cogit legitimam proferre sententiam, aut simul alium judicem, *συνδικασθῆναι*, secundum nostras leges constituit, & fieri & valere tam scripto quam sine scripto insinuatam, non prohibemus. *Nov. 113. c. 2.*

DE CONSVETUDINE

T. XXIIIX. Nos & ipsa legentes acta & causam edocti, sancimus secundum id quod testimoniis (*καὶ τὸ μεμαρτυρημένον* coram tuâ celsitudine prolatis comprobatum est, ita nunc & de) inceptis in omne tempus talia tenere; eò quod (1) jam positis non repugnent legibus. — Quod enim (2) longis ita servatum est temporibus, & (3) tenuit immutabiliter, (sicut testimonia apud tuam gloriam definerunt;) quomodo non est justum & in aliis omnibus valere quæ postea erunt; & esse hanc eis rerum transactionem ex propriâ lege valentem, & aliâ quadam dispositione non egentem? *Nov. 106. c. 1.*

T. XXIX. Neque consuetudines nominare aut quærere licet, quas forsitan aliqui in proprium lucrum injustè excogitarunt. Male enim adinventæ, neque longâ consuetudine confirmari volumus. *Nov. 134. c. 1.*

Inde constat juris consuetudinarij objectum esse actus (1) rationabiles & legibus scriptis non repugnantes; idem & l. 2. C. *quæ sit longa consuet. constitutum; non usq. adeo sui valitura momento ut aut*

vitionem vincat aut legem. (2) *Plures quoque seu frequentes, ad quos*
 temporis spatium requiritur; (3) *uniformes* porro nec dissimili
 usu interruptos; hoc enim vult vox: tenuit immutabiliter, *non*
viam a traxerunt; & denique (4) *notabiles ac manifestos.* vid. Du.
 Henr. Michaëlis Lubecens. Reip. Syndicus *Respons. Kilon. XXIII. p.*
389. 390. Talibus demum si supervenit tacita approbatio aut Ma-
 jestatis aut illius qui lege aut statuto tales actus determinandi jus
 habet, Jus consuetudinarium est introductum. Ratio quoque
 probandi juris consuetudinarij d. d. r. t. aperitur, verbis: *Secun-*
dum quod testatum est; & testimonia deservimus. Et in prooem. d. Nov.
 testes & jurandum adiecit testimonio perhibentur. Vis & effectus
 hujus juris latet in his verbis: *justum & in aliis omnibus &c.* scili-
 cet similiformibus negotiis. Denique contrarium juris consuetu-
 dinarij ratione objecti sunt *in usus contrarius, male adinventi.* Ut
 autem spuriz consuetudines à veris ac legitimis dignosci pos-
 sint, legislatorij muneris est curare ut singula quaque in provin-
 cia receptarum consuetudinū capita inquirantur & perscribantur;
 quale negotium Henricus Rex Christianiss. superiori seculo com-
 misit Christophoro Thurno, Harizo & Fajo, apud Senonas peragen-
 dum; uti ex libro Consuetudinum illo tempore perscriptarum,
 & edicarum sub tit. *Constumes du Bailliage de Sens &c.* cognoscimus.
 Sic & in unâ specie consuetudinis id egit Justin. Imp.; *Ne & sacro*
nostra in hac precederet jussio que consuetudinem ad rectam daretur for-
mam. Itaque nos ait, *delegantes sibi dubitationis naturam cognoscere*
&c. v. d. Nov. tot. prooem. ubi ulterior processus talis inquisiti-
 onis continetur.

DE PACTIS CONVENTIS

T. XXV. Si quidem nullum pactum adscriptum sit, pen-
 sus & in ipsis valeat constitutio; Quod si adscriptum sit pactum,
 formam hoc & legem addat contractui; & inde inferatur con-
 ditio. *Nov. 136. c. 1. si de jure gentium; τὸ σὺμφωνοῦν ἡμῶν τὸ νόμον ἐστὶν τὸ εὖ*
ἀλλογαμα, κἀκείθεν τὰς νόμους ἐκείνους ἐπιφέρει.

Eleganter Philoſophus *l. Rhet. XI. c. 36.* Pactum est lex privata &
 particularis, ἡ δὲ νόμος κοινὴ ἡ δὲ νόμος κοινὴ. Et pacta qui-
 dem legi robur non addunt, leges verò formant conventiones
 legibus

legibus congruenter initas. Scilicet officia vitæ civilis legibus publicis saltem universaliter determinantur: Et maxime quidem officia mutua subditorum atque imperantium Jus civile etiam specieatim declarat, verùm officia privatorum inter ipsos ferme relinquit pactis conventis determinanda & formanda; quo pertinent complures contrahendarum & distrahendarum OBLIGATIONVM modi; quarum FORMÆ universales & à materia singulari abstractæ itidem legibus sunt constitutæ, sed quæ variis pactio- nibus determinari ulterius possunt: Atque ad has actuum sive factorum singularium species tanquam HYPOTHESES ante omnia respicere oportet, cum, quo jure privatus privato teneatur judicandum est; quoniam **JUS IN FACTO POSITUM,**

DE INTERPRETATIONE JURIS.

T. XXXI. Nihil sic proprium est legum, ut perspicua sitas. *Nov. 107. c. 1.*

T. XXXII. Nulla lex, neque Sctum prolatum in Re- publ. Rom. videtur ad omnia sufficienter ab initio promulga- tum, sed multâ indigere correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. *Nov. 74. pr.*

T. XXXIII. Negotiorum varietas & natura ea frequenter mutans, egere * leges emendatione nostrâ præparavit. *Nov. 107. pr.* * *δειδὸν τὸν νόμον ἐπανορθώσας ἡμετέρας παρρησίας.*

T. XXXIV. Legis interpretationem culmini tantum principali competere nemini venit in dubium; cum promulgan- dæ quoque legis auctoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia. *Nov. 143. pr.*

In jure & legibus aliud videtur esse mutatio, aliud totalis defe- ctus, aliud denique obscuritas. *Mutatio* fluit ex temporum *Mutatio* personarumque diversâ & non semper uniformi conditione; *legum.* nempe quod alio tempore necessarium est, alio definit esse neces- sarium; hinc quæ præsentī necessitate exigente constituta sunt, eadem

eadem cessante iterum tolli debent ut ex *Nov. 119. pr.* jam supra notavimus; & huc pertinent *abrogationes* & *derogationes* legum civilium. Totalis *defectus* in Jure occurrit, quando emergit negotij species quæ adhuc legum laqueis, uti Imp. in *l. 2. §. 18. C. de V. l. E.* loquitur, non fuit innodata. Et alia componere & *modis & regulis competentibus* tradere Imperiali fortunæ, ut ibidem legimus, competit. Ita in Jure Attico legem quæ supplicium in parricidas constitueret nullam fuisse memorat Cic. in *Orat. pro S. R. Amerino*. Et hodie procul dubio emergunt casus nondum aliquâ lege definiti. Sed *Obscuritas* legum aut in verbis latet, quando ea sunt æquivoca, figurata, obsoleta &c.; aut in sententiâ vel mente, & emergit quando Jus ad factum in judicio vel disceptatû vel disceptandum applicare oportet. Et duobus quidê modis ad propositam facti speciem legis inductio potest esse dubia; primum quando lex *universaliter* posita haud paucas quæ in singularibus negotiis occurrunt circumstantias non comprehendit; quo casu dubitare licet, num forsan propter unam, alteramque quæ præsto est circumstantiam, dispositio legis universaliter valere non possit; hæc species juris dubii memorata Arist. *V. Nicom. X.* Dein & ex *particularitate* legis obscuritas ejus potest oriri, dum negotio cum certis circumstantiis quondam emergenti lex aptata est, postea vero aliis adhuc circumstantiis præditum simile negotium occurrit & judicantis conscientiam reddit dubiam, num & ad casum præsentem quodammodo eundem quodammodo diversum lex aptari congruè possit. Interdum quidem RATIO legis indubitata vel cessans vel durans haud difficilem seu restrictionem seu extensionem legis admittit; & in manifesto quoque defectu legis ad similia procedendo legis defectus quandoque suppleri potest. *l. 19. ff. de legibus.* Atque hætenus quidem supplementum & interpretatio legum tum Magistrarui vel judici, tum cuilibet Juris scientiam publico testimonio probatam absque legislatoriâ potestate habenti permessa est. Verum quando nullâ vel certâ vel admodum probabili ratione legis vel supplementum vel extensio vel restrictio potest fieri, tum verò causa *superare* videtur *questionem judicariam*; (*Quam virentiam dicitur*, ait Imp. *Nov. 110. pr.*

defectus legum,

obscuritas legum.

extensio & restrictio.

139. *pr.* & supplemento; correctione atque interpretatione legislatoris opus esse. Inde fluxit sequens dispositio.

T. XXXV. Si quid audientes iudices putaverint esse dubium, damus eis licentiam de his ad nos referre, & consulere nos, ut discant quæ necessaria sunt, & ita quod agendum est explicant, & faciant iusta simul & rationabilia iudicia, *Nov. 82, cap. 14.*

Et ita legislatoribus Romanis continuam legislationis occasionem emergentium causarum dabat varietas *Nov. 2. pr.*; cum per iudicum *Relationes* causæ dubiæ Imperatoriæ decisioni submitterentur.

T. XXXVI. Si aliqua dubitatio iudici de aliquâ fiat lege, referat ad nostram potestatem, & à nobis expectet causæ scriptam declarationem aut interpretationem, & secundum eam decidat litem. *Nov. 113. c. 1.*

Ceterum in vasto illo Imperij Romani corpore sæpenumero tarde proveniebant Responsa, à principe externis bellis & alias continuis curis implicito; nonnulli quoque iudices lite diu multumque coram se agitata, novas litigantibus creabant molestias causâ ad principem relatâ *Nov. 125. pr.* Imperator igitur contrario Edicto omnes in universum *Relationes* iudicum sustulit.

T. XXXVII. Jubemus, nulli iudicantium quolibet modo aut tempore, pro causis apud se propositis referre ad nostram tranquillitatem: sed integre causam examinare, & quod eis iustum legitimumque videtur, decernere; (sc. quod legibus omissum est, non omitteretur religione iudicantium *l. 13. ff. de testibus*) & si quidem partes acquieverint sententiæ, eam executioni tradere secundum legum tenorem. Sin autem aliquis putaverit tali ex proprio iudicis arbitrato formatâ sententiâ (*ἐν τῆς αὐτοπληῆς † ψήφῳ*) se læsum, *appellatione* utatur legitimâ. *Nov. 125. c. 1.* † Ingeniosissime hic usurpatur dictio *αὐτοπληῆς*, pro

C

qua

quæ Arist. in Polit. VII. dicit: ἀπορρομας νόμων, καὶ ὀπποῖτ τὸ κα-
τὰ γένεσιν τῶν νόμων.

Ita ab uno contradictorio ab alterum transit Imp.; qui tamen postea quoque consultationes litigantium admittit, & causas quæ judicariam cognitionem superare videbantur legibus desinare sustinuit, quod ex *Nov. 159. pr.* constat. A dicta prohibitione relationum in causis quidem criminalibus jura Imperij recentiora quodammodo recesserunt. v. *Const. Crim. Caroli V. art. ult.* & *Brunnem. Proc. Inquis. c. 8. w. 4. n. 3.* Sed causarum quoque civilium judices in provinciis, Principatibus ac Ducatibus Imperij vel declinandæ suspicionis causâ consueverunt acta transmittere ad Facultatem Juridicam, quotidianâ experientiâ teste. Extra verò casum in specie prohibitum & in causis coram se non pendentibus judicibus ac Magistratibus permittuntur defectus legum, quos deprehendunt, legislatori significare & supplementum petere. Atque ea occasione legum interpretatio potest esse argumentum consultationum comitialium v. *Instr. Pac. art. 8. §. 2.* De dubiis, ut vocantur *Cameralibus* v. *Recess. Imp. d. ann. 1654 §. 135.*

T. XXXIX. Semper equidem benignum aliquid (*Φιλάνθρωπον*) definimus: Sed quia hoc non eam lege agimus, erubescimus. *Nov. 18. c. 5.*

Legislatoris munus est leges constituere earumque defectus supplere, & ad judicem pertinet causas coram se agitas legibus constitutis conformi sententiâ componere. Quoties igitur controversia ex jure constituto dirimi potest, erubescit legislator si iudex eum interpellando suam juris ignorantiam prodat. Similiter erubescit si causam legum laqueis nondum innotatam & ad se perlatam non generali lege, sed tantum velut judiciali pronuntiatione definiat. Ideoque, ait d. *Nov. causa etiam legem adjicentes interpellantium turbam removebimus*, ad judices nempe nostrâ auctoritate judicia exercentes eam remittendo. *Const. Taboz in annalib. ad Barbof. lib. 10. c. 10. ax. 23.* Videlicet, ἢ ἔστι νόμος
3670

ὅτι κείσθαι ἢ ἀπὸ μίσεως, ἢ ἐπὶ τῶν παρόντων, ἀλλ' ἐπὶ μελλόντων τε καὶ καθόλου ἔσθαι. Legislatoris iudicium non est de rebus singularibus nec de presentibus, sed de futuris & universalibus. Arist. *1. Rhet. 1. n. 16.* Vis tamen & potestas legis universaliter constituta ad singula sub lege comprehensa pertingit, *ὡς δυνάμει καὶ πρὸς πάντων διαπεπραγμένον ἔστιν.* Plutarch. *lib. de fato.* Sed iudices de presentibus & definitis iudicant, *ἐπὶ παρόντων καὶ ἀφορισμένων,* Arist. *d. l. n. 17. i. e.* de quaestione finitâ temporibus & personis, ut Cic. *in partit. & lib. 2. de Orat.* loquitur. Atque ita singularibus quoque negotiis gubernativa sapientia supervenit ex legibus & earum tractatione, v. supra. *T. 19. & quæ ad T. 23. dicta.*

T. XXXIX. Illud cognoscimus quod plerique leges nostras ita accipiant atque intelligant, ut, unde minime conveniat, inde iniustarum sibi actionum ansas præbeant. *Nov. 169. pr.*

T. XL. Hanc apprehendentes licentiam in tantam digressi sunt obscuritatem ut divinantibus magis quam interpretantibus hæc egerent. *Nov. 107. pr.*

Legum interpretatio alia est legislatoris menti & intentioni conformis; hæc est *Vera* tantamque desiderat peritiam quanta ad legem sapienter condendam requiritur: Alia abludiva a mente atque intentione legislatoris; idque aut ex imperitiâ, unde *cæca* & divinatoria interpretatio; aut ex improbitate interpretantis, unde *callida* & *maligna*. Non autem oportet jus civile calumniari, neque verba captare, sed qua mente quid dicatur animadvertere convenit. *l. 19. ff. ad exhib.* Improbus ille abusus legum videtur appellari *Calumniæ*, quam Græci *σκοφαντίαν* vocant, v. *Nov. 96. pr.* & si in civilibus iudiciis exerceatur, *v. Nov. 96.*; & si in criminalibus, *v. Nov. 7. epil.*; ubi calumniatoris non effugere dicitur is qui quicquid contra leges factum redarguit. Ad illiusmodi calumnias antevertendas pertinet iuramentum calumniæ, *v. pr. & §. 1. l. de pœnâ temere litigantium.*

DE OBSERVATIONE ET CUSTODIA
LEGUM, ET JURIS
IGNORANTIA.

T. XLI. Oportet recta pariter & convenientia sapere, & alios ad earundem rerum æmulationem excitare, non * verò ipsos perpetrare legibus contraria, & ex mutuâ vitiorum imitatione refugium quærere. *Nov. 154 c. 1.* * ἀλλ' ἕχ' αὐτῆς ἀρετῆς παρῶμα, καὶ εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους καταφύγει μίμησιν.

Qui legi minus convenienter egisse arguuntur excusationis sine gratia allegare solent, nunc juris ignorantiam, v. *supr. T. 24.* nunc exemplorum frequentiam. Et exempla quidem non excusant factum juris præscripto adversum, cum satis manifestum sit, non exemplis verùm legibus judicandum esse. *l. 13. C. de sent. & interloc.* Quod verò ignorantiam attinet, distinguendum inter jus quod ignoratur, inter personas quæ ignorantiam præterdunt, & inter causas quarum jus ignoratur. Juris naturalis ignorantia à culpâ transgressionis neminem excusat qui per ætatem & animi constitutionem hoc jus scire potuit; *hæc in v. ravnstichtzati venia præbeatur, cum naturalis ratione honis hujusmodi personis debeat*, ut in exemplo quodam statuit *Imp. l. 2. C. de iur. voc. juris* quidem civilis ignorantia prætextus per legum promulgationem tollitur, de quâ *supra T. 24.* Nonnullis tamen personis hæc ignorantia haud nocet, ut (1) militibus, *l. 9. §. 1. ff. l. 1. C. de jur. & facti ignor.* (2) feminis in nonnullis causis *l. 9. pr. ff. eod.* (3) minoribus 25. annis. d. l.; Naturalis quoque juris ignorantia in rusticis delinquentibus ordinariâ pœna non semper vindicatur; justum vero hoc saltem in casibus injure expressis, aut si iudici religioso ita visum, *Tab. in analest. ad Barbos. lib. 16. c. 66. art. 1. & Carpz. Pr. Cr. p. 1. q. 45. n. 45.* Exemplum occurrit in *Nov. 1576 c. 1.* Maxime vero quia * *agressis ut plurimum multitudine hac ferunt delinquere.* * ἀγροικῶν πλῆθος οἷοι τὰ πλείω αἰτῶν ἔπιμαρτῆς λογομύου.

T. XLII.

T. XLII. Nescimus quomodo factum tantis licet castigatum legislationibus adhuc audetur, & exercetur, ac majorem sui præbet virtutem quam legum necessitas. *Nov. 52. pr.*

T. XLIII. Plurima horum quæ olim sancita sunt, neglecta & in usum non perducta, omnino visa sunt absque lege consistere. *Nov. 70. pr. † παντελῶς ἐδοξεν ἀνομοθέτητα καθεστῆναι.*

T. XLIV. Nihil quod sancitur, nisi custodiam habeat competentem potest servari decenter, *Nov. 133. c. 4. ἔδδεν τὴ νομοθετημένον, εἰ μὴ φυλακὴν ἔχοι τὴν προσήκουσαν, δύναται τηρεῖσθαι ὡροσπρόκοντως.*

T. XLV. Non tantum decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancitas accuratè custodire, & ad effectum deducere; transgressoresque competentibus poenis subicere. Quæ enim legum erit utilitas si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se præbeant, *Nov. 101. pr.*

Vt leges ad effectum deducantur Majestas Civilis quasi coadjutores sibi adsciscit. Domesticas quidem curas in singulis familiis principes familiarum sustinent; quibus præmaturè decedentibus tutores & curatores sufficiuntur, quasi *domestici* quidam *magistratus*, ut Seneca de his loquitur 3 *de beneficiis*. Et singuli quidem regentes domus respectu aliorum patrumfamil. æquales sunt & potestatem suam private obtinent: Omnibus autem privatis domibus & toti civitati præsunt Magistratus, alii ecclesiastico, alii in seculari regimine positi. Omnibus illis præest potestas supereminens quæ Majestas civilis vocatur.

DE UTILITATE LEGUM.

T. XLVI. Hæc nos in communem omnium utilitatem scripsimus, ut & viventes jure suo potiantur & deficientes

eum † securitate moriantur; scientes legem etiam sepulcris iis
 præsto fore, & quæcunque illi disposuerint ad effectum per-
 ducturam. Quamobrem * nemo manebit legi immorigerus,
 quæ neque in paupertate vivere neque mori in anxietate per-
 mittit. Nov. 1. Epil. † μετ' ευθυμίας ἀπέθθον' γινώσκοντες ὡς
 ὁ νόμος ἐαυτοῖς καὶ κειμένοις ὑπηρετήσεται. * μοι τοὺς εὐδαίμονα
 τὸ νόμος τὸ μὴ ἐν πτωχίᾳ ζῆν μὴ ἐν ἀθάστῃ. πλεονεξίαν συγχωρεῖ.

Hoc primæ Constitutionis Novellæ de *Hæredibus & lege Falcidia*
 præconio contra mentem Imp. abuti solent nonnulli interpretes,
 ut alacriorem juvenutem ad capessenda juris studia reddant, o-
 stendente Tab. *analect. ad Barbos. lib. 10. c. 10. ac. 24.* Inde & passim
 videmus particularia quoque juris civilis argumenta comen-
 dari ab utilitate, quam advocatis aut de jure respondentibus pol-
 liceantur. Usurpantur hujusmodi Jurisprudentiæ ejusve partium
 encomia non tanquam recte se habeant, sed tanquam necessaria
 ad excitandos eorum animos qui omnia utilitate metiuntur, ni-
 hil expetendum esse existimantes nisi cujus fructus ante prævide-
 rint. Ceterum à mente ac sententiâ allegati textus minùs lon-
 ge discesserimus, statuendo leges non tantum viventibus pro-
 desse, sed & morientibus præbere solatium; dum viventibus
 quidem præscribunt varios *acquirendi* modos, & in publica po-
 testate positis salaria constituunt; ordinant porro modos *confer-*
vandi res & jura quæ sita tum extra judicium tum judiciali viâ:
 Modos quoque *recuperandi* juris amissi & persequendi id
 quod sibi quisque deberi novit eadem Jura civilia introduxe-
 runt: Morientibus vero solatium præbeat, dum unusquisque Pæ-
 terfamilias certus esse potest supremam judiciorum suorum con-
 testationem legitime vel conscriptam vel nuncupatam à morte
 suâ legum præsidio intactam firmari, ut si modo non deficiat
 probatio, nullis machinationibus subverti queat; cum licet omnes
 aut instituti aut quomodocunque à jure ad testamentariam suc-
 cessionem vocati hæredes deficiant, ipse fiscus tandem indubita-
 tus sit hæres, voluntatem defuncti impleturus, uti *lib. 1. cap. 1.*
 constitutum.

DE

DE OBJECTO JURISPRUDENTIÆ

Cum Prudentia sit habitus activus ac proinde objectum ejus actiones, Jurisprudentiæ quoque objectum proximum erunt actiones quibus jus aliquod vel rem aut (1) *acquirere*, aut (2) *exercere* & in usum transferre vel *proprium* eum vel *communem*; aut (3) *conferre* acrueri, aut (4) *amissa recuperare* intendimus. Remotius verò objectum Jurisprudentiæ sunt *Personæ* ac *Res*, circa quas dictæ actiones versantur. Et communiter quidem Jcti tria faciunt objecta Juris vel legum, Personas nempe, Res & Actiones; quam doctrinam amplectitur quoque Hugo Grotius in Responso quod exhibet Dn. Ericus Mauritius in *suis Consil. Chilon. sub Conf. IV.*, ubi ex Baldo refert Hugo: *Omniem legem imponi personæ, rebus, aut actui.* A quâ sententiâ thesis nostra non multum abludit si *personas* & *res* pro objecto remoto, *actus* autem pro objecto proximo capiamus. Sanè cum lex imponitur personæ aut rebus, nihil aliud fit quam determinatio *subjecti* aut *objecti* actûs; cum autem lex imponitur actui, ipse agendî *modus* & *forma* definitur.

DE METHODO JURISPRUDENTIÆ.

T. XLVII. Perperam diffuseque posita si ad concinnum perveniant ordinem & benè disponantur, aliæ prorsus res ac diversæ à prioribus apparent, pulchræque ex deformibus, ex incultis ornata, articulata ac distincta ex prius inordinatis & confusis evasisse. *Nov. 31. pr. τὰ μάλιστα κείμενα καὶ ἐκκεχυμένα, εἰ πρὸς τὴν ἀριστέαν ἀφίκοιτο τάξι, καὶ ἀγαθῆ καλῶς ἔπρα τὸ ἀνθ' ἑαυτῶν τὰ περὶ γράμματα φαίνοιτο, καλλίω τὸ ἐν χειρῶν, ἐξ ἀκρίσιμων τὸ πεπονημένα, διηρθρωμένα τὸ καὶ διακεκεμένα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν αἰσθητῶν τὸ καὶ συγκεχυμένων.*

„Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt; ut in *MUSICIS* numeri & voces & modi;
„in *GEOMETRIA*, lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines;
„in *ASTROLOGIA*, cæli conversio, ortus, obitus, motusque siderum;
„in *GRAMMATICIS*, poëtarum pertractatio,
„historiarum cognitio, verborum interpretatio; pronuntiandi

quidam

„quidam sonus; in hac denique ipsa RATIONE DICENDI, ex-
 „ cogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quon-
 „ dam omnibus & diffusa late videbantur. Adhibita est igitur ars
 „ quzdam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum
 „ Philosophi assumunt, quz rem dissolutam divulsamq; conglutina-
 „ ret, & ratione quadam constringeret. Ita Cic. *l. de Oratore*. Pari
 modo *Novellz Constitutiones Justiniani Imp.* continent legum ca-
 pitula dispersa ac dissipata nulloq; Jurisprudentiz naturali & con-
 gruo ordine composita. Videlicet Legislator novas leges conde-
 bat, veteres confirmabat aut emendabat, prout hæc vel illa causa
 & quæstio incidisset, quæ Imperatoriam decisionem flagitare visa.
 Ipse hoc fatetur Imp. in *Nov. 2. præv.* Et ante nos legislatoribus
 Romanis continuam legislationis occasionem emergentium
 causarum dabat varietas, & nos omnem partem legislationis
 ornantes Reipubl., cunctam penè correctionem, aliquando
 quidem pro egentium interpellationibus, aliquando verò in
 judicialibus quæstionibus celebravimus; & multas leges hinc
 subjectis nostris conscripsimus. Ex his prout necessitas & occasio
 ferebant conscriptis legibus & constitutionibus passim licet car-
 pentem & colligentem undique replere Juris civilis scientiam,
 dum quæ dispersa sunt coguntur & omnia artificiosè digesta ad
 certum numerum paucitatemque revocantur, uti *loco præalleg.* sub
 personâ Crassi Tullius loquitur, Nihil autem est, *pergit ibidem*, quod
 ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet quorum artem
 instituere vult, habet illam scientiam ut ex iis rebus quarum ars
 nondum sit, artem efficere possit. Cum igitur hodie quidem
 habeamus artem Juris civilis Justiniani Imp. auspiciis utcunque
 compositam, minus arduum fuerit leges quascunque confuse &
 inordinatè positas ad methodum Jurisprudentiz longo usu pro-
 batam revocare, & singulos singularum constitutionum articulos
 in sedem quam in *Romana Justitiz templo* (ut Imp.
l. 2. §. 20, C. de V. I. E. ait,) tenere debent
 propriam reducere.

F I N I S.



